



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

4. Octobris. Tum ad percipienda, tum ad communicanda dona Sancti Spiritûs multis partibus. litteris bona vita antecedit. S. Ign. ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

4. Octobris.

Tum ad percipienda, tum ad communicanda dona Sancti Spiritus multis partibus, litteris bona vita antecedit. S. Ign. ibid.

Humiles nimium, abjectæque litteræ sunt, & infirma elementa, ad fructum spirituales non assurgunt, multa omnia, & inanima, nisi vitam, vigoremque à spiritu nascantur. Ad lucrum temporale faciunt, infæcunda ad æternum.

Heu! quantum erramus, doctos inquirimus, ubi pios invenire præstitisset; ideo rarus animarum fructus, quia nimium doctrinæ tribuimus. Nemo apud nos pondus invenit, nisi quem insignis commendat litteratura.

Subules sunt, ingenio, & talentis prævalent, eloquentes, versati in omnibus, versutique; ad animas tamen convertendas inefficaces, & nulli sunt.

Spiritus est, qui omni gladio ancipiti vehementius animas penetrat; pietas est, quæ omni fulmine potentiùs obstacula omnia diruit, quò vult, penetrat, & quod vult, impetrat.